Item S. Carolus, in Instructionibus de Sacramento Poenitentiae: Prudentia (inquit) caususque eris in interrogacionibus veridicus praesertim, atque utriusque sexus junioribus, ad novum, & nunquam antea actum vel occasum aperiunt, atque debet; sed tamen de peccatis quorum nullum in Confessione mentionem fecerunt, & in quibus probabiliter existimari possunt deliquisse, prudentius interrogandi erunt: ne aut pudore, aut ignorantia celent peccata. Et in Instructionibus Confessorum: Com ordine (inquit) interrogandi peccator, & a praecipuis dominis incipias, & ad quaecumque omnia possint revocari; si tamen, qui rariis ad Confessionem accedunt, super seipsum peccatis capitalibus, quoniam sensum sensus, Ecclesiae praecipis, & misericordiam horum se examinandi. Confessor prudens esse debet, non interrogandi nisi de peccatis Poenitentiam statum communibus. Quod spectat ad carnis peccata, summam adhibeat celeritatem in eorum interrogacionem, ut cum peccati species, & circumstantias graviores audivit, a ceteris abstinat. . . Summam prudentiam mulieres, aut adolecentes interroget, ne eos, quod ignorant, doceat, isque utatur verbis pudorem minime laedentibus, & sine gelu, aut signo, de non ordinario, aut graviori peccato Poenitentem Confessionem fuisse aliquis suspicet, nec verbis enim detretat, ut in causis sit, cur nihil peccatum gravissimum per timentis immo cum ad gravia quaequamque sit, detretanda indicat. Item docet S. Franciscus Salesius, in Monitis ad confessorios, primumque de terminum obscurationem addit, tum de cogitationibus impudicis, postea de pravis desideris, tandem de operibus interrogandos poenitentes, & ad confessionem carnalium peccatorum sentiam perducendos.

V. Summa etiam patientia, & benignitate praeditus esse oportet Sacramento poenitentiae Minister, ut poenitentium sustinetem, ignorantiam, imbecillitatem, tarditatem, alioquin quae defectus patienter serant, eos pro virili juvent, paternae caritatis suscipiant, filii prodigi pium, ac misericordem Patrem imitentur, qui porcorum foribus squalidum, foetentem, dissipat patrimonium reum, meretricis amoribus inquinatum, amantem amplexus est, & super eum flavit. De illa dote S. Carolus in Instructionibus Confessorum haec habet: Confessiones ego animo audiam, nec Poenitentes in confessione dimittam, ac labore quem fugiunt, nec agro eos auare quoque modo fructifera, sed contra efficiant, ut Poenitentibus innorescat, subgratissimo esse pro eorum salute labori. Debet etiam Sacerdos poenitentibus compati: quam gratiam a Deo rogabat S. Ambrosius Lib. 2. De Poenitentia, cap. 8. Sum (inquit) minimas omnium Episcoporum, & infirmis moris. Tamen quia & ego laborem aliquem pro sancta Ecclesia tua suscipi, hunc fructum tuere, ne quem perditum vocatis ad Sacerdotem, cum Sacerdotem perire pariteris: ac primum ut condolerem nonim peccatorum effectum inimo. Haec enim summa virtus, qui scriptum est: Et non gaudebis super filio Jada in die perditionis eorum, sed quouscumque peccatorum aliquos lapsi expolentur, compatiatur: nec superbe inceperit, sed lugam, & desideram: ut dum alium fleat, me ipsum aegrem, dicent: Justificata est magis Thamar, quam ego, mortale adolecentula lapsa sit, occasione, quae delictorum fontem, decepta, ac praecipitata sit peccatorum, & senuerit. Regnum in nobis licet, huus carnis legi mentis nostrae, & capivore nos trahit in peccato, et facinorae, quae noluntur: ille de aere superbit exaltatio, nobis iam nulla. Illa enim debet discere, non decere. Ergo justificata est magis Thamar quam ego. Incusamus alicuius avaritiam, recordamur, si nihil ipsi avarae fecimus, & si fecimus, quoniam radice malorum est avaritia, & tamquam sub terra vultu in nostro sepi corpore, dicamus singulis: justificata est magis Thamar, quam ego. Si commoti fuerimus.

Abbat 21.

Gen. 38. 26.

Scientia moderatioribus conscientiam necessaria.

in quemquam graviter, leviter egressus Latus habet: quam Episcopus, eo quod commotis esset aliquis, retraxerimus nobiscum, & dicamus: Iustificatus est magis iste, quae commotionis arguitur, quam ego.

Et Lib. 1. cap. 1. Quomodo habet, qui contemptus se, non compassio, Medico suo pater esse futurus Ideo Dominus Jesus compassus nobis est, ut ad se vocaret, non deterreret. Mitis venit, venit humilis. Denique ait: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, ego vos reficiam. Reficit ergo Dominus Jesus, non excludit, neque abiecit: meritoque tales Discipulos elegit, qui dominica voluntatis interpretes, plebem Dei colligerent, non repudiarent. Undeliquet eos inter Christi Discipulos non esse habendos, qui dura pro mibus, superba pro humilibus sequenda opinantur: & cum ipsi quarant Domini misericordiam alii denegant. Hanc Regulam sequebatur S. Odilo Cluniacensis Abbas, de quo S. Petrus Damiani, in ejuis Vita, scribit: In promulgandis porro iudiciis, ac modis Poenitentiae praedictae iam pius erat, & tanta moribus humanitate compatiens: ut nequaquam distictum patris imperium, sed materiam potius exhiberet asparticularia circumstantia, huiusmodi verbis solent eleganter alludere; Etiam si damnandus sim (inquit) malo tamen de misericordia, quam ex avaritia, vel crudelitate damnari.

Math. 11.

Pratermittere non possum egregium ea de re locum Petri Blessensis, in Tractatu De Satisfactione, scribentis: Sicut Poenitentiae necessaria est humilis, & sincera devotio, sic Poenitentiis, id est, Sacerdotis, necessaria est diligens, & circumspecta discretio, ut discernat inter lepra, & lepra, & habeat in se tria, bonitatem, scientiam, & disciplinam, bonitatem in sanctitate; scientiam in eruditione & disciplinam in correctione. Sic Samaritanis infundens oleum misericordiae, vinumque iustitiae. Habebat conscientia eius quasi Acta fidei, manus, & virgam, ut sciat compati, & ignoscere, arguere, & monere. Cruciata de primis i. Cor. 11. 25. fructibus Poenitentiae, sicut bonus agricola, & compatiatur infirmo, adunque confertur, recolens illud Apostoli: Quis infirmatur, & ego non infirmor: Et audiam tentationem eius, suam infirmitatem cogitans, apud se dicit: Si in tanta tentacione fuissim, gravius eadidem. Nihil dicitur, aut sua cum indignatione, & ira: Ita enim viri iudicium Dei non operantur: meliorem autem tenent, ne nimia revulso, vel nimia austeritas sit in eis, certumque Poenitentiis modum iuxta Sanctorum Patrum Institutum praesertim.

Jacob. 1. 20.

VI. Necessaria est infuser Confessorio sollicitudo solutivum, qua placere non querat hominibus, sed profectus ad aeternam eorum salutem procurandam: Quomobrem celsaria, & remissus esse non debet, nec Pulvis sub omni cubito manus ponere, ut ait Propheta, & facere cervicalibus sub capite universae carnis, ad captivandas animas: ut Poenitentium, praesertim nobilium, & divitum frequentior fiat ad ipsius Confessionale concursum. Pulvis quippe sub omni cubito manus ponere, est cadentes a sua redivivans animas, atque in huius mundi se delectatione reclinantur, blanda adulatione resovere. Quis enim pulvis illo curatus, vel cervicalibus caput tenentis excipiat, cum corpionis avaritia peccati subtrahit, eique mollietate foveas adhibetur, ut in errore mollior succat, quem nulla asperitas contradiiionis pulsat: Verba sunt S. Gregorius, p. 2. Pastoralis Curae cap. 9. Nec tamen adeo morosi, & severi esse debent confessorii, ut poenitentes a confessione absterant. Mediocrum imitentur industriam necesse est, qui amaros potentionibus nonnihil mellis, aut succi favoris instillant, ut facilius abgeis forbeantur, ut docet S. Gregorius 5. parte Pastoralis, Admonitione 18. Inferenda (inquit) illis sunt, aut alia bona, quae in ipsis sunt, aut dicendum certe, quae poterant esse, si non sunt: & tunc demum resocanda sunt mala, quae nobis displicent, cum prius ad audiendum eorum placabilem mentem fecerint praemisit bona, quae placent. Nam amarum pigmentorum poculo mellis dulcedo adjuvatur, ne ea, quae salutis profutura est, in ipso gessu aspera amaritudo sentiat: dum vero gustus per dulcedinem alluitur, humor misericors per amaritudinem vacuatur. Ipsa ergo in latius virtutis excordia permissa sunt laude temperanda, ne dum admittunt favorem, quos diligunt, etiam corpeptum recipiant, quas odiant. Verum quemadmodum Mercuri serum, & iguem vulnibus adhibent, cum ad postulat medicamentum ratio, nec aliter procurari potest agros sanitas: ita poenitentiae Ministeri zelo saluti animarum succenti, favoriora debent adhibere remedia, cum aliter curari non possint vulnera peccatorum. Nam cum scriptum sit: Qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt, & semitas pedum vestrorum turbant: qui peccantem blandimentis adulationibus palpant, peccandi jumentum subministrant: nec comprime delicta illa, sed nutrit: ac qui consiliis fortioribus redargit simul neque infirmis fratribus, promoverit ad salutem: Quem diligo (inquit Dominus), redarguo, & castigo. Sic oportet, & Dei Sacerdotem non obsequii decipientibus fallere, sed remedia salutaribus promoveri, & castigo. Sic oportet, & Dei Sacerdotem non manus parentem contrectat, sed remedia salutaribus promovet. Imperitus est Medicus, qui tumentes vulnerum sinus manus parentem contrectat, & in aliis vellebus viscum visus inclusum dum servat, excogit. Abscondendum vulnus visus, & secundum, & putraminibus impunitis, medela fortiore

Excc. 13. 31.

Ipsi 3. 22.

Scientia moderatioribus conscientiam necessaria.



REGULA VIII.

Sacerdos tam secularis, tam Regularis in una Diocesi generatim approbatus, Confessiones in altera Diocesi audire non potest sine approbatione Episcopi Diocesani.

Id constat ex Clementina Dudum, Tit. De Sepulturis quod hoc caput non revocata, immo potius ab Apostolica Sede confirmata; Magistri, inquit Priores, Provinciales, & Ministri Ordinum praedicatorum eligere student personas sufficientes, idoneas, vici probatas, discretas, modestas, atque peritas ad tam salubre Ministerium, & Officium exequendum: quas sic ab ipsis elegerint, vel fecerint presentari Praetatis, ut de eorum licentia, gratia, & beneplacito in Civitatibus. & Diocesium eorumdem hujusmodi persona sic electa Confessiones confiteri sibi voluminum audiant, imponant Penitentias salutaris, & beneficium Absolutionis impendant: extra Civitates, & Dioceses, in quibus non fuerint deputatae Confessiones nullatenus audiantur.

Praeterea, Congregatio Concilii, die sexta Junii anno 1605. declaravit, Tam Secularem, quam Regularem in una Diocesi approbatus ad audiendas personarum secularium Confessiones non posse in alia eisdem Confessiones audire absque Episcopi Diocesani approbatione. Refert Barbosa, P. 2. De Officio, & Potestate Episcopi. Allegatione 35. §. 32. Id confirmavit Clement. X. Constitutione superius laudata. Ad haec (inquit) Religiosi ab Episcopo ad Confessiones Secularium in sua Diocesi audiantur approbati, non possunt in alia Diocesi eas absque Episcopi Diocesani approbatione audire, quamvis Penitentias subditi sint eius Episcopi, a quo ipsi Religiosi iam fuerant approbati.

REGULA IX.

Parochi subalternum suorum Confessiones in aliena Parochia territorio, & in aliena etiam Diocesi audire possunt.

Ordinarij enim in illos auctoritatem habent, quam exercere possunt ubique, quoad ea, quae sunt sine strepitu Judicii, qualis est Confessio. Et certe Concilium Lateranense Can. 21. statuit, ut Fideles semel in anno confitentur Propria Sacramenta, nulla facta mentione loci, in quo Confessiones illorum excipere debet, vel potest.

REGULA X.

Sacerdotum, seu Secularium, seu Regularium approbationis negotium limitibus circumscriptis possunt Episcopi, & ad certas personas, loca, vel tempora restringere.

Id constat ex S. Carolo in Instructionibus Confessorum: Porro (inquit) Sacerdotes, qui quidem a Nobis licentiam Confessiones audienti, sed non nisi ad certum tempus, aut locum, aut quasdam personas limitatas obtulerunt, caveant, ne facultatis formam, & limites excedant. Idem confirmatur ex Decreto Congregationis Concilii Trid. Interpretis dato die 2. Julii, anno 1587. Regulares (inquit) qui ad Confessiones audiantur idonei generaliter ab Ordinariis, eorumque Examinatoribus reperti, & prelati fuerint, generaliter quoque, & indistincte, absque aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis personarum, admittantur in Diocesi propria. De cetero vero, qui non adeo idonei reputantur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinariorum relinquatur, ipsos, cum limitata facultate, prout eisdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere.

Alexander VII. in Causa Andegavensis Episcopi, & Regularium, hanc Propositionem, ut Falsum, temerariam, scandalosam, & erroneam damnavit anno 1659. Non possunt Episcopi limitare, seu restringere Approbationes, quas Regularibus concedunt ad Confessiones audiantes, neque ulla ex parte revocare.

Idem confirmat Clement. X. Constitutione, quae incipit, Superna Magni Patrisfamilias, §. 4. cujus haec sunt verba: Illis autem Religiosis, qui ad Confessiones audientibus idonei generaliter reperti fuerint, ab Episcopis generaliter quoque, & indistincte absque aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis personarum in Diocesi propria admittentur: quoad ceteros vero, qui non adeo idonei reputantur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinariorum relinquatur, ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere.

Idem constat ex Ecclesiae Gallicanae Declarationibus, & Censuris in Comitibus Generalibus Cleri, annis 1625, 1635, 1645, & 1700.

REGULA XI.

Episcopus singulos, seu Seculares, seu Regulares Sacerdotes, simpliciter, & absolute a se approbatus, ab audiendis Confessionibus suspendere potest ex nova causa ad Confessiones pertinenti.

Propositio damnata

REGULA XII.

Confessarius omnes, & singulos, seu Seculares, seu Regulares a Vicario suo Generali, aut a Decessore suo approbatus, Episcopus ad Examen revocare potest.

Priorum Regulum quoad primam partem tradidit Conc. Mediolanense V. sub S. Carolo Tit. Quae ad Sacramentum Penitentiae pertinent; Episcopus (inquit) a Confessionibus audiendis suspendat, aut omnino amoveat Confessarios etiam Regulares iam approbatos, quos pro sua immodica conscientia Religione videtur in eo munere non ita sincere, integre, & cum adificatione se gerere, quemadmodum & tanti Ministerii illis commissi sanctitas postulat, & animarum salus deposcit, quae suis fidei concedita sunt.

Posteriorum Regulum statuit S. Pius V. Pontifex Sanctissimus, Constitutione, quae incipit, Romani Pontificis providentia, cujus haec sunt verba: Volumus tamen eos, qui semel ab Episcopo in Civitate, & Diocesi suis praevio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari, ab Episcopo autem Successore pro majori conscientia sua quiete examinari de novo poterunt.

Hanc, & superiorem Regulam tradidit Urbanus VIII. in Brevis dato die 30. Januarii 1639. in Causa Cardinalis De Sandoval, Giennensis Episcopi, & Regularium ejusdem Diocesis. De venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotio, & consultationibus Episcoporum, ac Regularium praepositorum consilio, pariterque auditis, reque mature discussa, Auctoritate Apostolica tenore praesentium decernimus, & declaramus, ut Regulares quidem in Civitate, & Diocesi Giennensi a Praedecessoribus Episcopis examinati, & approbati ad Confessiones personarum secularium audiantur, & praesente Episcopo Successore pro majori conscientia sua quiete possint iterum examinari, ac si minus idonei reperti fuerint, reprobantur ad praesentem Consilii nostri sancta memoriae Pii Papae V. Praedecessoris nostri hac de re edita: sed illi quos idemmet Episcopus approbavit, si quidem hujusmodi approbationem obtulerint ad certum tempus, eo elapso non possint Confessiones audire absque nova ipsius Episcopi licentia, & approbatione, praevio etiam, si eidem libuerit, novo examine. Illi autem quos ipsemet Episcopus ad Confessiones hujusmodi audiantes semel admisit simpliciter, ac sine ulla temporis praescriptione, nullatenus possint ab eodem reprobari sine nova causa, eaque Confessiones ipsas concernente. Ceterum an eadem causa subsit, necne, Episcopum non teneri ipsi Regularibus edicere, sed Sedi Apostolicae duntaxat, ubi eam sibi aperiri postulaverit.

Utique Regulam Clement. X. confirmat Constitutione, quae incipit, Superna Magni Patrisfamilias, §. 5. cujus haec sunt verba: Regulares vero ad ejusmodi Confessiones audiant praevio examine simpliciter, & absque ulla temporis praescriptione ab ipsemet Episcopo: secus autem ab eius Vicario, aut Antecessoribus Episcopis approbati, non possunt ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinari, aut ab eisdem Confessionibus audiendis suspendi, seu licentiam illis concessam revocari, nisi nova superveniente causa, qua ipsas Confessiones concernat: De qua tamen haud necessarium est, ut in Actis conscribat; nec eam teneri Episcopum ipsi Regularibus significare, sed Sedi Apostolicae duntaxat, ubi eam sibi aperiri postulaverit. Porro si Regularis cum scandalosus, aut alia inhonesto vivat, vel aliquid delictum commiserit, per quod rationabili Episcopi iudicio videatur a Confessionibus suspendendus, in quo ipse Episcopi conscientiam exerat omne esse volumus, & praecipua Ministerii Sacramenti Penitentiae qualitas sit vita integritas, ac morum honestas, atque eam constantem ad Confessionis Ministerium pertinere, ac proinde nihil cessare, quinibus etiam possit Episcopus Regularis a se mismo approbatus suspendere, aut repellere a Confessionibus audiendis.

REGULA XIII.

Parochi non possunt eligere sibi in Confessarium simplicem Sacerdotem, seu Secularem, seu Regularem ab Episcopo non approbatum.

Simplex enim Sacerdos, absque approbatione Episcopi Jurisdictionem nullam habet, adeoque nullam Constitutiones excipendi, & absolvendi potestatem. Unde Alexander VII. Pontifex Maximus inter plurimas alias Propositiones die 14. Septembris 1665. hanc ordine decimam sextam damnavit: Qui Beneficium Curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario. Et Convenus generalis Cleri Gallicani anno 1700. pronuntiavit, ac declaravit hanc Propositionem esse Falsum, temerariam, Concilio Trid. contrariam.

REGULA XIV.

Parochi possunt eligere sibi, quem voluerint, Confessarium ab Episcopo approbatum.

Id constat ex C. Ne pro dilatione, Extra. De Penitentia, & Remissionibus, cujus haec sunt verba: Ne pro dilatione Penitentiae periculum imminuat animarum, permittimus Episcopis, & aliis Superioribus, necnon minoribus Praetatis

Conc. Trid. Sess. 23. de Ref. c. 10.

Propositio damnata

De Sacramento Penitentiae.

REGULA XVIII.

Parochi licentia dare non possunt audiendi Confessiones in Parochia sua aliis Sacerdotibus ab Episcopo non approbatis.

Id olim ex conductivie recepta potuisse Parochos, quidam colligunt ex S. Thoma in 4. Sententiarum, seu Supplementi Qu. 8. Ar. 5. sed si viguit olim ista consuetudo, nunc certe abrogata est cap. 15. Sess. 23. Concilii Trident. quod incipit, Quamvis Presbyteri, quo factum est, neminem Sacerdotem posse Confessiones secularium, etiam Parochiale beneficium obtinere, aut ab Episcopo fuerit approbatus, Privilegij, & consuetudine quacumque, etiam immemorabili, non obstantibus.

Idem confirmatur ex S. Raymond, Lib. 3. De Penitentia, & Remissionibus, §. 15. scribente: Proprius Sacerdos non potest dare Jurisdictionem, sine potestate talem: sed Episcopus solus potest illi, qui sunt in suo Episcopatu, non tamen alij, qui sunt in aliis Episcopatibus.

REGULA XIX.

Parochi extra suarum Parochiarum fines Confessiones audire non possunt eorum, qui Parochiali sua cura non sunt subditi, nisi Episcopus hanc ipsi potestatem per totam Diocesim concesserit, aut ita se habeat consuetudo ab Episcopo approbata.

Parochialis enim Beneficii titulus nullam ipsi nisi in Parochianos suos Jurisdictionem tribuit: adeoque alios absolvere non possunt, nisi ab Episcopo fuerit ad hanc facultatem approbati. Id confirmat S. Carolus Borromeus, qui in Synodo sua Diocesana in Montis, quae ad Sacramenta pertinent, ita statuit: Ne quis Parochus Confessionem audiat hominum aliorum Parochia, nisi a Nobis, Vicario Generali nostro scriptum hujus rei facultatem generatum, aut sigillatim habent.

Quod in nostris Sacramenti Penitentiae Instructionum Additionibus casum est, ut tempore Paschali Parochi aliorum Parochiarum Ministerio ad Confessiones Parochialium suorum audiantes uti possint, id de Parochis tantummodo intelligi declaramus, quibus extra Parochiam suam ad audiendas Confessiones probatis, scripta facultas data est.

Idem antea declaraverit Concilium Senonense anno 1524. Interrogatus (inquit) Sacerdotis penitentem ad Confessionem accedentes, an sint Parochiani, maxime si de ipso dubitent: quia non debent absolvere, nec audire in Confessione nisi suos Parochianos.

REGULA XX.

Quamvis satisfaciens Canonis, Omnis utriusque sexus, quicumque peccata sua tempore Paschali penitentiario Episcopi, aut alteri Sacerdoti ab Episcopo generatim approbato consistunt, nisi hominibus convenit, ut penitentem hortentur tunc temporis Confessarius quicumque tam Secularis, quam Regularis, ut ad Parochi pedes se sistant, atque Confessionem faciant.

Primam partem Regulae fati superque proximam, eam, quae confirmat Clementis X. Pontificis Maximi Constitutio, quae incipit, Superna Magni Patrisfamilias, declarans: Semel simpliciter approbatus posse in Diocesi Episcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paschali, Confessiones audire. Et eos, qui dictis Religiosis simpliciter approbati tempore Paschali confessi fuerint, Constitutionem, quae incipit, Omnis utriusque sexus, quoad Confessionem duntaxat, satisfecisse censendos. Non tamen satisfaciens Canonis, qui absque Parochi licentia consistuntur Sacerdotibus Secularibus, aut Regularibus approbati ab Episcopo cum hac clausula, De consensu Parochorum: ait, Excepta Quindena Paschali: & qui apud illos peccata depoluerint, tenentur eadem iterum confiteri Parocho, aut Sacerdoti approbato, cum ejus licentia.

Hanc partem simul, & alteram S. Tb. auctoritate confirmamus, in 4. Senten. five Supplementi q. 8. ar. 5. ad quartum. Nullus (inquit) tenetur confiteri peccata, quae non habet: & ideo si aliquis penitentiario Episcopi, vel alteri ab Episcopo commissionem habenti confessus fuerit, cum sibi sibi dimissa peccata, & quoad Deum, & quoad Ecclesiam, non tenetur ea confiteri proprio Sacerdoti, quantumcumque petat. Sed propter sanctum Ecclesiae de Confessione faciendam proprio Sacerdoti semel in anno, eodem modo se habet habere, sicut ille, qui habet solam venialia. Tali enim solam venialia confiteri debet, ne quidam dicant, vel profertur se a peccato mortali immunes esse, & Sacerdos si in foro conscientia credere debet, & tenetur. Si tamen iterum confiteri tenetur, non frustra primo confessus fuisset, quia quanto pluribus Sacerdotibus consistitur quis, tanto ei plus ha

parva

exemptis, ut etiam praeter sui Superioris licentiam, providam, & discretum sibi possit eligere Confessorem. Huc vocat, & aliis Superioribus, Parochos etiam significari, viris doctissimis videtur, tum quia Beneficia Principum sunt interpretanda largissime, ut habetur, c. Olim, De Regulis Juris, & Favores conveniunt ampliori: tum quia Parochus maxime spectat ratio Canonis, Ne scilicet periculum imminuat animarum. Cum enim frequens praesentium Sacerdotum celebratio, & quotidiana Sacramentorum administratio illis incumbat, in magno salutaris periculo versarentur, nisi quem ventent, eligere sibi possent Confessarium ex approbati ab Episcopo.

Accedit, quod Superiorum nomine Parochos etiam intelligere conveniens sit, qui Christianae plebi praesunt, qui Praetationis Officio funguntur, ut ait Clemens III. cap. Tua nos, Extra. De Clerico agrotante, & quos S. Tb. Secunda Secundae, q. 18. Art. 4. & 5. Praetatos inferiores, & 3. p. q. 67. a. 2. ad secundum, Ecclesiarum minores Principes vocat. Unde & ad ipsos videtur pertinere, quod idem Angelicus Doctor scribit q. 8. Suppl. art. 4. Quia Praetatis incumbit Sacramenta dispensare: quae non nisi mandata tractare debent: ideo concessum est eis a Jure, quod possint sibi eligere proprios Sacerdotes Confessores, qui quantum ad hoc sunt eis superiores: sicut etiam unus Medicus ab alio curatur, non in quantum Medicus, sed in quantum infirmus.

Antiqua etiam consuetudine sed in quantum Parochi: quae consuetudo, cum sit Rationabilis, & legitime sit praescripta, in Ecclesia vim legis habet, ex C. Cum tanto, Extra. De Consuetudine. Quam consuetudinem convellere, aut immutare non expedit, secundum praedictam illam S. Aug. Regulam Ep. 54. alias 118. ad Januarium, c. 5. His enim causis, id est ut propter fidem, aut propter mores, vel emendandi oportet, quod perperam fecerit, vel instituit, quod non solum ipse quisque mutatio consuetudinis, etiam quae adjuvat utilitate, novitate perturbat. Quapropter, quae a illis non est, perturbatio infirmitas, & consequenter noxia est.

REGULA XV.

Sacerdos Regularis, ab Episcopo approbatus peccat quidem, si Confessiones audiat, Superiore suo prohibente; valide tamen absolvit.

Peccat (inquam) ut violationem inobedientiae, quam vocit: sed valide absolvit, quia Jurisdictionem habet ab Episcopo, non a suo Superiore Regulari.

REGULA XVI.

Parochus, qui Beneficium Parochiale dimisit, Confessiones excipere non potest absque nova Episcopi approbatione.

Duplici enim duntaxat nomine Sacerdos Secundi Ordinis Confessiones audire potest, secundum Trident. Concilii Decretum, vel quia Parochiale Beneficium obtinet, vel quia ab Episcopo est approbatus: cum igitur ille Beneficium Parochiale amplius non habeat, ejus Jurisdictio desinit. censa est, si alio titulo approbatus non sit, adeoque nova indiget approbatione. Hinc Sers Congr. Concilii Card. Trid. Interpretis interrogatus, An Sacerdos, qui aliquando approbatus, & idoneus iudicatus sit, atque ideo in Parochiam assumptus fuerit, dimissa postea Parochiali, haberi etiam nihilominus debeat ad hunc idoneus ad Confessiones valide audiantes, ita ut ab eadem Parochia decesserit Concilii, Beneficium obtinet, extendatur etiam Ec. vel obtulerit. Respondit, Non haberi. Ita refert Barbosa, P. 2. De Officio, & Potestate Episcopi, Allegat. 24. §. 16.

REGULA XVII.

Invalida Confessio est, quae fit Sacerdotibus Haereticis, Schismaticis, Excommunicatis, Suspensis, Irregularibus, Degradatis.

Nullam quippe Jurisdictionem habent, cum Ecclesia subditos illis subtraxerit, ut docet S. Tb. in 4. Sententiarum, five q. 19. Suppl. Art. 6. Idem colligitur ex S. Aug. verbis, Tr. 121. in Joannem: Ecclesia curas, participum suorum peccata dimittit, eorum autem, qui non sunt ejus participes, retinet. Ideo postquam dixerit, Accipite Spiritum Sanctum, continuo de peccatorum remissione, ac eorum retentione subdit. Cum igitur Haereticis, Schismaticis, Excommunicatis sicut ab Ecclesia caritate, sive unitate divisi, Clavium finem non habent in remittendis peccatis. Et ab eisdem non habent in remittendis peccatis. Et ab eisdem non habent in remittendis peccatis. Et ab eisdem non habent in remittendis peccatis.

Tertio, qui ab hujusmodi Sacerdotibus Sacramentum petit absque necessitate, letaliter peccat, utpote violans Ecclesiae praecipuum in re gravi, adeoque a peccatis non absolvitur.

Si tamen Excommunicatio sit occulta, neque nota Penitentia, nec ille aliunde nullam ponat obicem, validum videtur Sacramentum. Jurisdictionem enim utramque, sicut rolet Ecclesia, qui non sunt denuntiati, ut constat ex Extra. Ad evitanda scandala: si ergo Minister occulto Excommunicatus, aut aliter Confessuram vinculo ligatus Sacramentum conferat, nihilque ex parte materic, formae,

pœna remittitur: tum ex exuberantia Confessionis, qua in pœnam satisfactoriam computatur, tum ex vi Clericium. Unde Bonum est, quod ille qui Auditor Episcopi Confessionem audit, inducat Confitentem ad hoc, quod confiteatur Proprio Sacerdoti: quâ si noluerit, nihilominus eum absolvere debet.

Ad reverentiam erga proprium Sacerdotem, ad fiduciam in Pastorem Animarum suarum adhortari fideles, nostro certe Ministerio dignum fuerit.

REGULA XXI.

Quicumque Sacerdoti Saculari, vel Regulari ab Episcopo approbato peccata sua confitentur, ac deinde Parocho Confessionem faciunt, magis tenentur obedire Parocho suo, quam alii Confessario, si forte contraria jubeant.

Hanc Regulam statuit S. Th. loco citato ad tertium. Super eandem plebem (inquit) immediate sunt & Sacerdos Parochialis, & Episcopus, & Papa, & quilibet eorum potest ea, quae sunt Jurisdictionis ad ipsum pertinetiam alteri committere, sed si superior committat, qui & principaliter est, dupliciter potest committere: aut ita quod eum vice substituatur, sicut Papa, & Episcopus suam penitentiam committunt; & tunc talis est principaliter quam inferior Pralatus; sicut penitentiam Papa, quam Episcopus, & penitentiam Episcopi, quam Sacerdos Parochialis & magis tenetur ei confitens obedire. Alio modo, ut eum coadjutorem illius Sacerdotis constituat; & quia coadjutor ordinatur ad eum; cui adjutor datur, ideo coadjutor est minus principalis: ideo penitens non tantum obedire tenetur ei, quantum proprio Sacerdoti.

REGULA XXII.

Quamvis Parocho minus peritus, minus probus, minus prudens esset, non posset tamen Parochianus alteri confiteri, nisi eum Episcopus licentia.

Ut enim ait S. Thomas, in 4. Sententiarum, five q. 8. Supplementi Art. 4. ad tertium: Electio discreti Sacerdotis non est nobis commissâ ex nostro arbitrio faciendâ, sed de licentia Superioris, si forte proprius Sacerdos esset minus idoneus ad apponendam peccatis salutarem remedium.

REGULA XXIII.

Parochi faciles esse debent ad præbendam licentiam alteri confitendi tempore Paschali.

Ita S. Thomas, Articulo proxime citato, ad sextum. In hoc (inquit) quod oportet proprio Sacerdoti confiteri, non ardetur via salutaris; sed sufficiens ad salutem via statuitur. Peccatur autem Sacerdos, si non esset facilis ad præbendam licentiam alteri confitendi, quia multi sunt adeo infirmi, quod potius sine Confessione morerentur, quam tali Sacerdote confiterentur. Unde illi, qui sunt nimis solliciti, ut conscientias subditorum per Confessionem sciunt, multum ad suam damnationem impediunt: & per consequens sibi ipsi.

Eandem Regulam confirmat S. Carolus Borromeus in Synodo Diocesana 11. in Monitis, quae ad Sacramenta pertinent. Parocho nunguisque (inquit) in Urbe Parochialis suae generatim innente Quadragesima hoc monent, utrum ipse multis occupationibus eo tempore detinetur, quicumque alius Confessarius Sacerdotibus approbatus, quos maluerint, confiteri velint, eos ad confitendam adeant, & Confessionis testimonium scriptum ante Hebdomadam Sanctam ipsi Parocho tradant. In Diocesi autem & generatim, & singulatim Parocho se faciliem præbat, in consentiendo Parochianis suis, de quibus nulla sit suspensio eorum medicina vitanda causa Parochiali iudicium subterfugere, ut ad alios Confessarios a nobis testimonio scripto probatos se conferant, qui peccatorum suorum Confessionem audiant. Immo vero eam facultatem sponte si illatim offerre debet eis, qui lites, controversias, & dissensionibus secum exercent, exercentur, de his praesertim rebus, quae ad manus spirituales Parochialis Cura non attinent. Quia in re si Parocho defuerit, tunc Vicarius foraneus facultatem concedat licet, ut alios Confessarios adire possint. Verum non idem Vicarius foraneus, & Parocho generatim consentiat, eos a quo maluerint Confessario audiri, sed ab eodem ipso, vel Parocho, vel Vicario maluerit, vel ab illo, quem ex pluribus piis, & peritis ab eodem Parocho, & Vicario propositis, penitentiam ipse sibi delegerit.

Diocesana Synodus Lingoniensis anno 1404. idem decreverat. Quia (inquit) tam de Jure, quam per Doctores, sunt causa, propter quas aliquis Parochianus iuste potest recusare confiteri Curato, vel Vicario suae Parochiae, quae non potest facultiter coram Ambone proponere: idcirco statimimus, quod cum aliquis Parochianus de cetero a Curato, vel Vicario petet sibi dari licentiam alteri confitendi, Curatus eodemque facultiter abque magna inquisitione causa, Curatus si curatus recusaverit, Non tunc praesentis Statuti, perita prius a Curato, & non concessa, eidem de gratia concedatur, saltem in illis jure Curati.

REGULA XXIV.

Advena, peregrini, vagi, & qui plura domicilia in diversis Parochiis habent, Confessionis annua precepto satisfaciunt, si Parocho, seu coadjutoribus illius Parochiae confiteantur, in casus Parochiae territorii Paschali tempore commemorantur.

Ita S. Carolus in Concilio Diocesano 11. Advenas (inquit) & peregrinos, quos intra Parochia sua sine brevi tempore Paschali, nisi fortasse de industria eo accesserint, ne in Parochiali Ecclesia Sacramenta sumant.

Idem statuit Synodus Memmensis Diocesana a Bertrando Episcopo anno millesimo ducentesimo octogesimo quarto celebrata, Tit. De Penitentia. Inter casus enim, in quibus sine licentia proprii Sacerdotis potest aliquis alieno Presbytero confiteri, hoc recenset: Si causa domicilii se duxerit ad aliam Parochiam transfundendam. ... Cum vago advenas circumvi. ... Cum inimici sibi mortis periculum, & non potest habere proprium Sacerdotem. ... Cum Episcopus hoc alicui specialiter delegaverit, &c. Eadem habet S. Thomas in 4. Sententiarum, dist. 21. in Expositione textus. Eadem habet S. Raymundus Lib. 3. Tit. De Penitentia, & Remissionibus. Admittit, Parocho audire posse Confessionem alterius Parochiani, cum ille extraneus peccavit in Parochia sua. Sed Glolla Joannis de Friberg in Summam S. Raymundi, recte notat hunc casum generatim recipiendum non esse. Quia si quis fornicatus sit vel adulteratus occulte, vel aliud crimen commissit in Parochia aliena, propter quod crimen non sit excommunicatus a Pralato illius loci, debet de illo peccato confiteri proprio Sacerdoti: si autem sit excommunicatus propter illud peccatum, sicut consuevit fieri de furto, & rapinis, & hujusmodi, in quibus ignorantur auctores, mittendus est talis ad Excommunicatorem absolvendus ab excommunicatione hujusmodi, quia non potest ab illa absolvi per proprium Sacerdotem: & quod dicit Jus, quod fornicator qui fornicatione delicta, intelligendum est quoad illa, quae pertinent ad forum contentiosum, quia potest ibi conveniri, & iudicari, & puniti de crimine ibi commissi.

REGULA XXV.

Regulares ab Episcopo generatim, & absque ulla profusa exceptione, & restrictione approbati, Confessiones secularium infirmorum audire possunt: tenentur tamen Parochium de hujusmodi Confessionibus certiorare sacre. Excedit etiam, ut Parocho adeant, antiquam Confessionem excipientes, & cum illo de statu infirmi confitentur, si id fieri possit. Diocesana denique Statuta, & Mandata Episcoporum observanda sunt.

Prims, & altera pars Regulae nititur Jure communi, & Sacri Concilii Tridentini Decretis, quibus Sacerdotes ab Episcopo approbati, ad Fidelium Confessiones audiendas admittuntur. Itaque si generatim absque ulla profusa exceptione performant, locorum, & temporum, absque ulla conditione sint approbati ab Episcopo, Confessiones infirmorum audire possunt, non minus quam optime valentiam. Alter se res haberet, si approbati essent ab Episcopo ad audiendas Confessiones, Exceptis Confessionibus infirmorum, aut cum licentia Parochi, &c. In illa enim hypothese Confessiones infirmorum vel audire omnino non possent, vel non nisi cum Parochi licentia.

Idem confirmat Clementis X. Constitutio, quae incipit, Superna magni Patrifamilias, edita Tom. V. Bullarii Romani, pag. 494. quae declarat Summus Pontifex, Semel simpliciter approbatus posse in Diocesi Episcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paschali, & quorumcumque etiam infirmorum Confessiones audire absque ulla Parochialis licentia. De qua tamen Confessione teneri dictos Religiosos eorumdem infirmorum Parochiam illic certiorare redere. Et hoc posse illis ab Episcopo sui pœna Suspensionis a facultate audiendi Confessiones præcipi: sufficere tamen, ut certioratio hujusmodi fiat saltem per scripturam apud ipsum infirmum relinquendam.

Postremam Regulæ partem tradit S. Carolus Borromeus, in Instructionibus Confessariorum: Regulares (inquit) ad infirmos audiendos convocati, si ex temporis angustiis aliud non poterint, hujus infirmi Pastorem adeant, qui praesentat ad hujus statum sciscitaturi, ut diligenter illum examinent, & in hoc vitæ termino constitutum, a quo salus, aut aeterna damnatio pendet: quâ si ante Confessionem Pastorem convenire tempus non fuerit, saltem post eam quamprimum Confessor adeat, ut ab eo infirmi necessitates, eoque specialiter adiuvando statuam. Denique Statuta Diocesana, & Mandata Episcoporum ferenda sunt, siquidem jure habere stuenti, quod fuerit Diocesani spiritibus bono expediente judicaverint, Sedis Apostolicæ Autoritate in omnibus, & per omnia semper salvi.

REGULA XXVI.

Parocho inter, & Regulares Confessores concordia maxime esse debet ad Animarum salutem promovendam, & Fidelium edificationem.

Hanc Regulam Venerabilis Gersonius Parisiensis Ecclesiae, & Academiæ Cancellarius tradit Lib. De Statibus Ecclesiasticis. De Statu enim Curatorum agens, Consideratione 15. hæc habet: Status Curatorum debet cum bona gratia suscipere statum Privilegiatorum tanquam coadjutores missi, habentes a Superioribus licentiam prædicandi, & Confessiones audiendi, si non appareat rationabili causa aliquam talem repellendam, ut ipse se detrahât, si callidus, si corruptor, si quaestuosus, si seductor apparuit: aut Parochianorum multi inde venient in contemptum Curatorum: aut si tunc Curator per seipsum id agere circa Parochianos suos, quod agendum sit, scire poterit: quia videtur præferendus, nisi legitime foret exceptio contra eum.

Cum de Statu Privilegiatorum, Consideratione 2. Status Privilegiatorum (inquit) debet cum bona caritate licentia sua usi, non ad questum, non ad emulationem, non ad ambitionem, non demque in præjudicium temporale, vel spirituale Curatorum, sed iustando clam, & saltem apud Parochianos, quantum honorem acerbunt, ac sustentationem suam redamant Curati, alioquin fecerit, quod fieri nolent: merito repellantur hi, de quibus alter confititur, & Excommunicatio a Capone non omnino incurritur.

Et Consideratione 3. de utroque Statu: Status uterque (inquit) statuat alter alterius onera portare sine contritione, & emulatione de rebus prædicatis, vel aliis, ne sit incensus more corruentis se mordantem, consumatur: ne præterea furtim scilicet opinio Ecclesiasticorum apud Laicos, & imperetur ministerium verbi Dei, Nonne Deus, quæso, abunde illos esse pro emuloribus? Nonne patet esse Deum, non desistentibus? Denique quid præfert Privilegiatus contentio de Statu praerogativa? Quis scilicet quærit esse operam, ut quis perfectior inveniantur, quam si faceret in ius de perfectione status glorior?

Eandem concordiam stabilire cupiens S. Carolus Borromeus, in Instructionibus Confessorum hæc habet: Confessores Regulares, qui potissimum extra Urbem degunt, cum locorum Parochi, ubi non habent Monasteria, aut concionantur, aut quotcumque ex causis illis Confessiones audiant, ita conveniant, ut Penitentes non absolvant, qui videntur cum scandalo in peccato perseverant, aut Penitentibus publicis ipso facto subditantur, aut ad legatos piorum, simulque reverentium restituentur tenentur, qui propterea a Parocho non absolventur, nisi prius his obligationibus satisfecerint. Illo Regularium Superiorum Confessarios non sapienter moneant, & ad hanc animorum unionem, in Fidelium edificationem adhortentur: eorumque in primis, ut dum in casuum resolutione diversa inter eos, & Parochos sententia fuerit, prænderit in eo se gerant, & ad Licentiam notitiam illi non veniant, sed ad nos pro decisione recurrant.

REGULA XXVII.

Confessarii Regulares ab Episcopo approbati, absolvere non possunt a Casibus Summo Pontifice, aut ipsi Episcopo reservatis, nisi speciale ab ipse acciperint potestatem: nullaque illis Privilegia quoad hoc suffragantur.

Hanc illis potestatem jandam ademit Clemens V. in Concilio Viennensi, ut constat ex Clementina Dudum, Tit. De Sepulturis, quae declarat, se Regularibus ad Penitentiam Sacramentum admittendum deputatis potestatem non impendere ampliore, quam in eo Curati, vel Parochialis Sacerdotibus est: a jure concessa: Nisi forsitan eis Ecclesiarum Pralati uberioris in hac parte gratiam specialiter auerent faciendam. Et in Clementina Religiosos, Tit. De Privilegiis, & Privilegiatorum excessibus, Regularibus vetat sub interminatione maledictionis aeternae, Ne in casibus Sedis Apostolicæ, aut locorum Ordinarius reservatis quantum absolvere præsumant. Concilium etiam Trident. Sess. 14. c. 7. declarat la Ecclesia Dei custoditum semper fuisse, ut nulla sit reservatio articulo mortis: atque videri omnes Sacerdotes quolibet Penitentes a quibusvis Casibus, & peccatis absolvere posse: extra quem articulum, Sacerdotes, cum nihil possint in casibus reservatis, id unum Penitentibus per suadere vitantur, ut ad superiores, & legitimos Iudices pro beneficio Absolutionis accedant.

Idem statuit Concilium Mediolanense 3. Preside S. Carolo Borromeo, Tit. De iis, qui ad Sacramentum Penitentiae pertinent, prohibet (inquit) Ne Confessarii Regulares, eorum peccatorum, quorum Absolutio Episcopo reservata est, vinculis irretitos Penitentes absolvant, quemadmodum a Sede Apostolica declaratum est, id eis non licere, quamvis Privilegiis suorum auctoritate. Et Concilium Mediolanense 5. sub eodem Archiepiscopo Sanctissimo: Ne facultatum (inquit) Privilegiatorumque jure, quæ cuicumque etiam Reservari, & Crucis signatorum Scholæ, Confratrie, Collegiove etiam Licentiam, quæ ex Collegis, Con-

Sevanda Parochia, & Regularis Confessio concordia.

fratibus in eo adscriptis ante, vel post Concilii Tridentinæ confirmationem concessa sunt; Confessarios cuicumque Ordinis sit, ab iis casibus, quos sibi Episcopi in sua Diocesi reservaverunt, Penitentes sine illius facultate absolvat. Si contra fecerit, Suspensionem a divinis ipse facto incurrat. Ibidem: Ab iis casibus proximè promulgatis, si quis Confessarius cuicumque Ordinis, sine facultate scripte ab Episcopo data, aliquem absolvere attentaverit, Excommunicationem panam ipsa facto subeat.

Idem sanxere Concilia Provincialia post Tridentinum in Gallis celebrata, Rothomagensis anno 1581. Tit. De Curatorum, & aliorum Presbyterorum, ac Paroctorum officio; Burdigalensis anno 1583. c. 12. De Penitentia; Bituricensis anno 1584. Tit. 21. De Penitentia, Aquensis anno 1585. Tit. Quæ ad Penitentiam Sacramentum pertinent; Tolosanum anno 1590 cap. 4. De Casibus reservatis; Narbonensis anno 1709. c. 17. De Casibus reservatis.

Absolutionem a Casibus Sedis Apostolicæ, aut Ordinarii locorum reservatis illicitam esse Regularibus pariter, & Sacularibus Sacerdotibus: nulli illis ad hoc iustitiam Privilegiis; Absolutiones, si quis ab his Casibus sine speciali facultate concesserint, nullas, & irritas esse: ab his absolventes, Excommunicationis, Privationis officiorum, & Diguitatum, aut Beneficiorum, inhabilitatis item audiendi Confessiones, & ad quancunque Officia, Prælatatus, Beneficia imperpetuum obtinenda, penam ipsa facto absque ulla alia declaratione incurtus: super quibus a nemine nisi a Romano Pontifice habitatio, dispensatio, aut Absolutio post impari, declaratur Summi Pontificis Clementis VIII. Decreto edito die nona Januarii anno millesimo sexcentesimo primo; Pauli V. Decreto edito septimo Januarii anno millesimo sexcentesimo decimo septimo; Urbanus VIII. Decreto edito die decima septima Novembris anno millesimo sexcentesimo vigesimo octavo; Innocentius X. in Litteris ad Archiepiscopum Neapolitanum per Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium negotiis propositum scriptis die nona Decembris anno millesimo sexcentesimo quadragésimo septimo. Quæ Decreta, & Litteræ legi possunt apud Barbesiam, P. 3. De Officio, & Potestate Episcopalis; Allegatione 52. Alexander VII. plurimas inter Propositiones, quæ ad minimum tamquam scandalosae damnavit, & publice vel privatim propagari, aut doceri prohibuit, sub pena Excommunicationis ipso facto incurrendae, & ad primum deductæ sub interminatione divini Iudicii, die 24. Septembris, anno millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto, hanc ordine duodecimum Apostolica Censura confirmat: Menantes possunt absolovere a casibus Episcopis reservatis non obnoxia ad id Episcoporum facultate. Et rursus die 18. Martii, anno millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, hanc inter alias Propositiones damnavit, patetque prohibuit ordine trigelimum sextam: Regulares possunt in foro conscientia nisi Privilegiis suis, quæ sunt expressè revocata per Concilium Tridentinum.

Denique Clemens X. Constitutio, quæ incipit, Superna magni Patrifamilias, declarat, Ex facultatibus per Mare Magnum, aliave Privilegia Regularibus cuicumque Ordinis, Instituti, aut Societatis, etiam Iesu, concessis, factam eis non esse potestatem absolventi in casibus ab Episcopo sibi reservatis. Et per Confirmationes ditionum Privilegiatorum, quæ Regularibus a Sede Apostolica post Sacram Concilium Trident. obtinuerant, nequaquam revocatis Privilegia, prius ab eodem Concilio, aut deinde Apostolicis etiam Decretis subacta, atque extirpta, si qua habebant, absolventi a casibus Episcopo reservatis.

REGULA XXVIII.

Habentes facultatem absolventi ab omnibus casibus Sedis Apostolicæ reservatis, non ideo a casibus Episcopo reservatis possunt absolvere.

Hanc Regulam ipsæ verbis tradit Clemens X. in Constitutione mox laudata. Cuique enim Episcopo suam Jurisdictionem integram servare Summi Pontifices volunt, juxta illud S. Gregorii Magni: Si sua unicuique Episcopo Jurisdictione non servatur, quid aliud regitur, nisi ut per Nos, per quos Ecclesiasticus custodiri debet Ordo, confundatur.

REGULA XXIX.

Confessarius tam Sacularis, cum Regulari Penitentes ex alia Diocesi ad se confitentes absolvere potest a casibus in illa Diocesi, non autem in Diocesi ipsius Confessarii reservatis, modo dedita opera, & in fraudem reservationis ad alienam Diocesam Confessarum sese non contulerint.

Ita Clemens X. in Constitutione mox laudata declarat: Pisse Regularum Confessorem in ea Diocesi, in qua esse approbatus, confluentes ex alia Diocesi a peccatis in ipsa reservatis, non autem in illa, ubi idem Confessor est approbatus, absolvere, nisi eodem Penitentes noviter in fraudem reservationis ad alienam Diocesam per Absolutionem obtinendam migrasset. Præterea, reus iudicari solet juxta Leges, & Consuetudines loci, in quo reperitur: hoc itaque agentes, si ve peregrini, Casus habentes referuntur. Episcopo propriè domi.